ꝗ mandatis nos pſeuerare: ⁊ que ſibi placita ſunt. tuo interuentu. facias ſp poſtulare. Per. ℣ Ora p̄ nobis ſancta Dorothea. Ut digni. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: in cuius noīe glorioſa v̄go ⁊ martyr dorothea, multoꝝ tormentoꝝ genera ſuperauit: te ſuppliciter exoramꝰ: vt eius interuentu. cūcta pericula deuincamꝰ ipſamq; in noſtris neceſſitatibus adiutricē celerem ſentiamus. Per dn̄m.

De ſancta Appolonia orõ. vt ſupra de ſancta Agatha. ℣ Ora p̄ nobis ſancta Appolonia. Ut digni. Oratio.

Deus p̄ cuius ſanctiſſimi noīs honore beata Appolonia virgo ⁊ martyr amarā ⁊ horribilem dentium excuſſionē ſuſtinuit. preſta qs̄: vt qui eius venerabilē cōmemorationē pia deuotione frequentāt a tetro dentiū dolore immunes cuſtodias. ⁊ poſt huius ſeculi erumnas ad eterne patrie gaudia p̄ducas. Per.

¶ De ſancta Margaretha virgine.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf